

XXIIII Quod infirmi iniuriosi sint & iniurias ferre non possint.
XXV Interrogatio quomodo fortis s& qui non semp sustentat infirmum.
XXVI Responsio quod infirmus se non sinat sustentari.
XXVII Quemadmodum sit iracundia comprimenda.
XXVIII Amicitias coniuratione initas firmas esse non posse.

INCIPIT COLLĀ ABBATIS IOSEPH
DE AMICITIA

I Beatus ioseph cuius nunc instituta ac precepta pandenda sunt. unus ex tribus quorum in prima conlatione fecimus mentionem clare admodum familiae. ac primarius ciuitatis suae intra aegyptum fuit. quae appellatur thimuis & ita non solum aegyptia. sed & iam greca facundia diligent̄ aedoctus. ut uel nobis uel his qui eloquentiam paenitus ignorabant. non ut ceteri per interpretem. sed per sem & ipsum eligantissime disputaret. qui cum institutionem suam nos desiderare sensisset. per contatus primū. utrum nam essemus germani fratres. Audiensq. a nobis quod non carnali. sed spīt̄ali essemus fraternitate deuincti. nosque ab exordio renuntiationis nostrae. tam in peregrinatione quae ab utroq. nostrum fuerat obtentu militiae spīt̄alis arrepta. quam in caenobii studio indiuidua semper coniunctione sociatos. talius est sermonis exordio.

II Amicitiarum ac sodalitatis multa sunt genera. quae diuersis modis humanum genus dilectionis societate conectunt. quosdam enim precedens commendatio. primum notitiae. post & iam amicitiae fecit inire commercia in quibusdam uero contractus quidam seu dati acceptiue. defectio caritatis foedera copulauit. quosdam negotiationis. seu militiae artis ac studii similitudo atque communio amicitiarum uinculis nexuerunt. perquam ita & iam efferas sibi inuicem corda mansuescunt. ut & iam hii qui in siluis ac montibus latrociniis gaudent. & effusione humani sanguinis delectantur. suorum scelerum participes amplectantur ac foueant. est & iam dilectionis aliud genus. quod in fūctu naturae ipsius. & consanguinitatis lege conectitur. qui uel contribules. uel coniuges. uel parentes. seu fratres. ac filij. naturaliter ceteris preferuntur. Quod non solum humano generi. uerum & iam omnibus alitibus adque

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
UNIVERSITÄT BASEL
UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
PUBLIC DOMAIN
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/ubb_bv14/0087